

ORACION.

Dios que has unido, etc.
pág. 318.

ORATIO.

Deus qui diversitá-
tem, pag. 318.

A COMPLETAS.

Como arriba en el Domingo, con las tres ale-
luyas al fin de los salmos, pág. 171, y la Ant.,
pág. 269.



VIERNES DE PASCUA.

A MAITINES.

Todo como el Domingo, pág. 180, excepto lo que
sigue.

V. Surréxit Dominus
verè, allelúia.

R. Et apparuit Si-
móni, allelúia. Pater
noster.

*Lectio sancti Evangé-
lii secundum Mat-
thæum.*

LECTIO 1. Cap. 28. d.

In illo tempore :
Undecim discipuli abié-
runt in Galileam, in
montem ubi consti-
túerat illis Jesus. Et
réliqua.

V. Verdaderamente re-
suscitó el Señor. Aleluya.

R. Y se apareció a Si-
mon, Aleluya. Padre nues-
tro, etc.

*Leccion del santo Evan-
gelio segun san Mateo.
c. 28.*

LECCION I.

En aquel tiempo : los
once discipulos se fueron
a Galilea, al monte a donde
Jesus les habia mandado.
Y lo demas.

Homilia de san Gerónimo, presbítero, lib. 4, com. Mart.

Despues de su resurreccion se dejó ver Jesus en el monte de Galilea, y allí fue adorado: aunque alguno dude, y su duda aumente nuestra fe. Entonces mas claramente se manifestó á santo Tomás, y le enseñó el costado herido de la lanza, y las manos traspasadas de los clavos. Llegóse á ello Jesus, y les habló, diciendo: *Todo poder me es dado en el cielo y en la tierra.* El poder fue dado á aquel que poco antes habia sido crucificado, puesto en el sepulcro, que yacia entre los muertos, y que despues resucitó. En el cielo, pues, y en la tierra se le dió el poder, para que el que antes reinaba en el cielo, reine tambien en la tierra por la fe de sus creyentes. Y tú, Señor, etc.

R. Gracias á Dios.

Homilia sancti Hierónymi Presbyteri. Lib. 4. Comment. in Matth. in fine.

Post resurrectionem Jesus in monte Galilææ conspicitur, ibique adoratur; licet quidam dubitent, et dubitatio eorum nostram augeat fidem. Tunc manifestus ostenditur Thomæ; et latus lancea vulneratum, et manus fixas demonstrat clavis. Accedens Jesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus, qui sepultus in túmulo, qui mortuus jacuerat, qui postea resurrexit. In celo autem et in terra potestas data est: ut qui ante regnabat in celo, per fidem credentium regnet et in terris. Tu, autem, Domine.

R. Deo grátias.

R. Surgens Jesus Dominus noster, stans in medio discipulorum suorum dixit: * Pax vobis, allelúia: gavisus sunt discipuli viso Domino, allelúia.

ÿ. Una ergo sabbatorum, cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, venit Jesus, et stetit in medio eorum, et dixit eis. Pax vobis.

LECTIO 2.

Euntes autem docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Primum docent omnes Gentes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest fieri, ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante ánima fidei suscepit veritatem. Baptizantur autem in nomine Patris, et Filii,

R. Despues de haber resucitado Jesus nuestro Señor, y estando en medio de sus discipulos, les dijo: * La paz con vosotros. Aleluya. Se regocijaron los discipulos visto el Señor. Aleluya.

ÿ. El primer dia de la semana, estando cerradas las puertas donde los discipulos se habian congregado, vino Jesus, estuvo en medio de ellos, y les dijo: La paz con vosotros, etc.

LECCION 2.

Id pues, enseñad á todas las naciones, bautizándolas en nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo. Primero enseñan á todas las naciones; despues de instruidas, las bautizan. Porque no puede ser que el cuerpo reciba el sacramento del bautismo, sin que primero reciba el alma la verdad de la fe. Se bautizan, pues, en nombre del Padre, y del Hijo,

y del Espíritu Santo, para que siendo una sola la divinidad de las tres Personas, sea uno solo el que bautiza; y el nombre de la Trinidad denota un solo Dios. Y, tú, Señor, etc.

R. Gracias á Dios.

R. Purifícaos de la levadura vieja, para que seáis nueva masa; pues fue inmolado Cristo, nuestro Cordero Pascual. * Por tanto celebremos en el Señor este convite. Aleluya.

V. Murió por nuestros delitos, y resucitó para nuestra justificación. Por tanto, etc. Gloria al Padre. Por tanto, etc.

LECCION 3.

Enseñadles á guardar todas las cosas que os he mandado : veis aquí el órden principal. Manda á los apóstoles que primero enseñen á todas las naciones, que despues las bauticen; y que luego de haber recibido la fe y el bautis-

et Spíritus sancti : ut quorum una est divinitas, una sit largitio : noménque Trinitátis, unus Deus est. Tu autem Dómine.

R. Deo grátias.

R. Expurgáte vetus fermentum, ut sitis nova conspersio : etenim Pascha nostrum immolátus est Christus : * Itaque epulémur in Dómino, allelúia.

V. Mórtuus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram. Itaque. Glória Patri. Itaque.

LECTIO 3.

Docentes eos serváre omnia quæcúmque mandávi vobis. Ordo præcipuus : Jussit Apóstolis, ut primùm docerent univérsas Gentes, deinde fidei infingerent sacraménto : et post fidem ac

baptisma, quæ essent observánda præciperent. Ac ne putémus lévia esse quæ jussa sunt, et pauca, addidit : Omnia quæcúmque mandávi vobis, ut quicúmque crederint, qui in Trinitate fuerint baptizati, omnia fácient quæ præcepta sunt. Et ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Qui usque ad consummationem sæculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos osténdit semper esse victúros, et se numquam à credéntibus recessúrum. Tu autem Dómine.

R. Deo grátias.
Te Deum laudámus,
pág. 195.

mo, les intimen la observancia de los preceptos. Y para que no pensemos que son pocas y leves las cosas que nos ha mandado, añadió : *Todas las cosas que os he mandado ; para que todos los que creyesen, y fuesen bautizados en nombre de la Trinidad, cumpliesen todas las cosas que estan mandadas. Y os aseguro que yo estaré todos los dias con vosotros hasta el fin del mundo.* El que promete estar con sus discipulos hasta el fin del mundo, no solo les manifiesta que ellos siempre saldrán victoriosos de sus enemigos, sino tambien que nunca se apartará de sus creyentes. Y, tú, Señor etc.

R. Gracias á Dios.
A tí, Dios infinito, etc.,
pág. 194.

A LAUDES.

Todo lo mismo como á la pág. 200, menos la Ant. al cántico de Zacarias, que es como sigue.

Aña. Undecim dis- | Ant. Los once discipu-